

tom. 3. controvers. 505. num. 6. Cevall. n. 9. Grafis, de effectib. Clericat. effect. 7. num. 1. Roder. Snar. in l. 2. quæst. 5. n. 14. tit. de los gobiernos, lib. 3. for. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 88. n. 8. Azeved. in l. 5. num. 7. tit. 2. lib. 5. Recop. Castagna de benefic. de dubio ne quis egeat, quæst. 10. sub n. 34. fol. 255. Parlad. quotidianar. lib. 2. capit. ultim. §. 7. n. 24. Farin. supra, part. 1. quæst. 27. de carceribus, num. 65. Padilla in l. 1. num. 7. Cod. de jur. & fact. ignorant. Paz tom. 2. part. 3. cap. unic. num. 5. ubi ait, sic observari, non obstante Trident. sess. 23. cap. 3. de reform. de cuius intellectu Gutierrez. supra num. 9. Bolaños sup. §. 17. num. 20. Greg. Lop. in l. 23. glos. 6. tit. 6. p. 1. Imò nec bonis cedere compellitur, Bæza cap. 17. d. Principio. Gutierrez. num. 4. Menoch. dict. cas. 183. num. 29.

Ibi: Quibus ad stipulatur, quod Clericus non potest conveniri.

65 Clericum non posse pro debito civili, nisi in quantum facere potest conveniri, receptius est, ut docent Menoch. Parl. Greg. Lop. Gutierrez. Bæza ubi proximè, Dec. in cap. reprehensibilis, num. 9. de appellat. Glos. in l. miles 6. ff. de re judic. Paz d. num. 5. Cui privilegio, & ne carcerari possint, Clerici etiam cum juramento renunciare non valent, quoniam ista privilegia principaliter sunt concessa in honorem. Sacri ministerii, Ordinumque, quibus sunt insigniti, & renunciatio cederet in totius Ordinis Clericalis dedecus; Bæza num. 3. Parlad. d. num. 24. Cevall. n. 11. Bolaños d. n. 20. Paz ubi proximè, n. 6. Nec opus est relaxatio Juramenti, ut Cevall. vult, nisi ad cautelam, cum illud non obliget, argumento cap. si diligenti, de for. competent.

Ibi: Quia re advertendum est.

66 Clericus habens Ecclesiasticum Beneficium, si solvendo non sit, exequutio in ejus redditibus sit relicta beneficiario congrua portione ad victum, & reliquum adjudicatur creditoribus annuatim solvendum, C. riev. d. tom. 2. tit. 3. disput. 18. num. 3. Parlad. d. c. fin. §. 3. n. 32. Bolaños supra, Menoch. d. cap. 183. n. 30. Paz d. cap. unic. num. 7. Gutierrez. n. 17. Villad. cap. 2. num. 79. Duenas regul. 275. limitat. 11.

Ibi: Verum si Clericus sit suspectus de fuga.

67 Clericus fugitivus, aut de fuga suspectus capi, vel à iudice seculari, vel ab ipsis creditoribus potest, illicet tradendus Ecclesiastico, à quo in vinculis est detinendus, donec solutio fiat ex bonis quæ occultare tentaverat; Scaccia de judic. tom. 1. lib. 1. cap. 39. num. 14. Mol. de iust. tract. 1. disput. 56. num. 2. Grassis supra, effect. 1. num. 557. Gutierrez. supra, cap. 16. num. 16. num. 32. & cap. 17. n. 29. Bæza cap. 16. n. 126. Greg. Lop. in d. l. 23. glos. 5. tit. 6. part. 1. Bobad. in politic. tom. 1. lib. 2. cap. 18. n. 51. ubi advertit, ita demum posse Clericum propter fugam à iudice seculari, vel creditore capi, si copia Ecclesiastici non sit, de quo Azeved. in l. 2. d. n. 154. tit. 13. lib. 8. Recop. & in l. 4. n. 5. 7. tit. 4. eod. lib. Mascard. de probat. tom. 2. concl. 823. Cevall. tom. 1. q. 267. d. n. 4. Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 9. dubit. 8.

Verf. Sed & quoad decisionem.

68 Privilegia, de quibus supra, solum conceduntur

Clericis in Sacris constitutis, vel beneficium habentibus, aut actu Ecclesiæ inservientibus; ut docent communiter DD. Menoch. d. cas. 183. in fin. Bæza cap. 17. n. 20. Gutierrez. d. cap. 17. n. 12. verf. Secundo inferitur, ubi late disputat à n. 10. num omnes Clerici gaudeant privilegio d. c. Odoardus Bolaños, d. n. 20. Villadieg. supra, n. 97. Paz ubi proximè, n. 6.

Quæ autem de Clericis dicta sunt etiam ad Religiosos pertinent Cyriac. dict. controvers. 505. n. 8. Bald. in Auth. causa, que n. 3. in fin. C. de Episcop. & Cleric. Emman. Rodric. de Regularib. tom. 2. q. 62. art. 6. fol. 188. in prima edit. Qua Clericorum appellacione in favorabilibus, & Religiosi comprehenduntur; notatur in c. si quis suadente 17. q. 4. Glos. in c. duo sunt genera, 12. q. 1. Vivian. de jur. patronat. lib. 6. c. 2. num. 1. Cyriac. num. 19.

Verf. Quoties verò, Ibi: Non tamen potest op. poni exceptio.

De his late, Gutierrez. dict. cap. 17. d. numer. 31. 70 qui D. Covarruv. accedit. Tamen contraria sententia Gomezii asserentis, Clericum damnatum tribus sententiis conformibus, non juvari auxilio d. cap. Odoardus, nititur communi doctrinæ, quæ habet beneficium cessionis bonorum non competere ei, qui debitum inficiatur; de qua Trentacinq. supra d. num. 17. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 19. numer. 85. Cevall. tom. 1. q. 129. Quam doctrinam declarat Trentac. n. 21. docens, tunc dici, debitum fuisse negatum, cum debitor in inficiatione usque ad ultimam appellat. onis sententiam perseverat: ex quo rectè infert Gomezius; ut Clericus, qui appellavit semel, atque iterum negans usque ad tertiam sententiam condemnatoriam, cum jam amplius provocare non liceat; privandus sit remedio dict. capit. Odoardus, in quo insinuat negantes debita non esse ad illud admittendos, Ibi: Idem in eum recognoscensentem hujusmodi debita. Et merito; nam vitus in dubio præsumitur non habuisse iustam causam litigandi, maxime cum tam proterve in lite perseverat, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 87. n. 1. Amad. Rodrig. in praxi, de modo & form. vidend. proces. cap. 5. n. 37. Glos. verb. est convictus, in Auth. generaliter, C. de Episc. & Cleric. D. Covarruv. practicar. cap. 27. n. 3. propter quem dolum jure carceri subijci permittitur Clericus; non obstante præfata decisione, quemadmodum sæpè contingit, ut constat ex traditis per Gutierrez. d. cap. 17.

Ibi: Idem esse censet.

Gomezii sententia cum opposita D. Covar. possit conciliari, adhibita distinctione, quam tradit Gutierrez. dict. part. 1. c. 18. n. 1. nam si Clericus sciens, se non fore solvendo, juraverit reddere quod accepit, ex suo dolo, dict. cap. Odoardus, auxilio non gaudebit, ut Gomez. vult. At si absque fraude putans, se idoneum futurum solutioni, soluturum se jurejurando promissit, non idè carcerari poterit, prout D. Covarruv. videtur, de quo supra, hoc cap. n. 83. Nec obstat sententia D. Covar. quam probat Gutierrez. ibidem, dum docet, jurantem, quod scit se implere non valiturum, perjurum non esse, sed temerariè jurare: Nam Clericus hoc casu non carcerabitur ratione perjurii, sed doli, quem jurejurando commisit.

Quando beneficium dict. cap. Odoardus cesserit, tradit late Gutierrez. dict. cap. 17. d. n. 20. Quibus adde, Clericum ex deposito damnatum non gaudere præfato privilegio, sed in carcerem esse detrudendum, Grassis

Grassis supra, effect. 7. n. 38. August. Barb. in collectan. ad d. cap. Odoardus n. 13. Cyriac. d. controvers. 505. n. 22. Mathesi. fin. 60. aliàs 61. Quia inficiatio depositi propè furtum est, l. inficiando, 69. ff. de furt. nec depositarius renetur, nisi ex dolo, l. contractus 24. ff. de reg. jur. quod limitat Cyriac. ex Mathesiano, ibidem cum Clericus contendit jam depositum esse restitutum; quod absque fraude contingere potest, ut si reddidit, cui non debuit.

Ad Num. 10.

73 Cadaver debitoris quacumque ex causa, sive civili, sive criminali, non licet in sepulchrum quasi in pignus à creditoribus detineri, Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. num. 56. Menoch. de arbitrar. cap. 387. n. 20. Parlad. d. cap. fin. §. 3. n. 29. Joseph. Ludovic. Persu. decis. 78. n. 24. Gutierrez. de jurament. confirmat. part. 2. cap. num. 27. Garcia de expens. cap. 8. n. 19. Bæza supra, cap. 1. d. n. 19. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinar. Cened. in collectan. ad Decretal. collectan. 40. n. 3. Joan. Orozco. in l. 3. n. 2. ff. de in jus vocand. Bolaños d. part. 2. §. 19. in fin. Spino in specul. testament. glos. 2. n. cum seqq. Quod potest per judicem sequestrari, donec hæredes satisfaciant creditoribus, juxta dispositionem c. quantquam, de usur. in 6. Salg. de protef. Regia part. 2. cap. 8. num. 75. Zerol. in praxi. Episcop. part. 1. verb. funus, verf. Tertio, cadaver. Menoch. supra, n. 29. Imò pecuniaria pœna, præter debiti amissionem, multatur creditor impediens corpus debitoris sepeliri, l. fin. C. de sepulch. viol. l. ult. tit. 13. part. 1. Menoch. cum multi ubi proximè, d. cas. 387. num. 16.

Non solum corpus defuncti debitoris verum neque ipsius hæredes intra novem dies ab obitu vexari pro debitis, defenditur, Auth. sed neque, C. de sepulch. violat. l. 13. tit. 9. part. 7. Gutierrez. ubi proximè, n. 18. Duenas reg. 277. limit. 4. Carleval. dict. tom. 2. tit. 3. disp. 9. num. 8. Gizarell. decis. 79. Bæza supra, cap. 6. n. 85. Nec intra tempus trium mensium lege datum ad inventarii confectioem, l. ultim. §. Donec, C. de jur. deliberand. Carleval. n. 9. cum seqq. Gutierrez. ibidem & alii ex nuper allegatis, Faz. in praxi. tom. 1. part. 4. cap. 1. d. n. 42. Cevall. tom. 2. q. 814. num. 7. Qui docent decisionem dict. §. Donec, apud nos usu non esse admittam; sed quod hæres potest post novem dies pro debitis defuncti conveniri: Et obiter notandum est, d. Authent. sed neque, præcedere, cum hæres non vult facere inventarium, nec tempore ad id concessio utitur, dict. §. Donec, locum habet, si velit inventarium conficere, quo eorum textum contrarietas tollitur, ut per Carleval. Paz, & alios, ubi proximè.

Ibi: Imò creditoris appellatio.

75 Non obstante creditoris appellacione, corpus debitoris debet sepeliri; Parlad. ubi sup. Vivi. commun. opin. lib. 2. opin. 78. Pichard. in princip. num. 138. Instit. de interdicitis.

Ibi: Sunt enim, qui existimant.

76 Etiam corpus defuncti, qui ex instrumento guarantee tenebatur, ne sepeliatur, à creditore impediri non potest; ita docent Anton. Gom. Gutierrez. Menoch. & alii laudati, supra, num. 116.

Ibi: Impium enim esset.

77 Ad eò bonis motibus congruit, cadavera tradere Faria addit. ad Covar. Tom. I.

sepultura, ut dispositio testatoris præcipiens, reliquias suas in mare projici, non sustineatur, imò hæres, ea conditione rejecta, humari faciens corpus, non privatur hereditate, sed laudatur; l. quidam in suo 27. ff. de condit. instituit. Sed & publica versatur utilitas in sepeliendis defunctorum corporibus l. sunt persona 43. ubi Glos. verb. propter, ff. de Religios. & sumpt. funer. Merlin. de legim. lib. 2. tit. 1. q. 15. num. 5. Cagnol. in l. Papinianus 8. §. Quarta, num. 13. ff. de inoffic. testam. Inde provenit, ut impena funeris omnibus creditoribus privilegiatis etiam anterioribus cum expressa hypotheca præferatur, l. impena 45. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. 12. tit. 13. p. 1. Negulant. de pignor. p. 5. memb. 2. num. 28. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 23. num. 25. Fachin. controversiar. lib. 12. cap. 49. Colt. in tract. de peiron. rat. q. 73. num. 2. Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 6. num. 11. Guttier. pract. car. lib. 2. quæst. 72. per tot. Bolaños in Curia commerc. inereft. lib. 2. capit. 12. numer. 24. late Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæst. Aliaque privilegia conceduntur funeris impenas, de quibus per Ripam. de remed. præservat. cont. pest. n. 131. Interque & illud numeratur, quod successor majoratus, etsi ad alia possessoris immediati debita non teneatur, Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. numer. 29. tamen sumptus funeris antecessoris, si aliàs solui non possunt ex ipsius bonis, præstare compellitur, ut contra eundem Molinam ibi, num. 33. docent Padilla in l. unum ex familia, §. Si de falcidia, de legat. 2. Pereg. de fidei commiss. art. 40. num. 19. Garc. de expens. cap. 19. n. 33. Mieres de majorat. part. 4. quæst. 76. n. 47. D. Garc. Mastrill. decis. 203. per totam, ubi plures.

Ad Num. 11.

Ufu receptum est, ut cadavera damnatorum ex quibusdam atrocissimis facinoribus maneat insepulta ad terrorem aliorum, ex quo apud Athenienses, cum aliquis sibi mortem consciverat, manus ut facinorosa præfata insepulta relinquebatur, ejus cadavere tradito sepultura, cujus legis meminere Æschines in orat. in Ctesiphontem Alexand. ab Alex. diem. genial. lib. 5. capit. ultim. in fin. Ubi hoc Platonis documentum fuisse dicitur, Menoch. de arbit. cas. 284. numer. 5. Et in Hispania frequenter corpora famosorum grassatorum in partes dissecta in itineribus affiguntur, atque ita docent Bobadilla dict. lib. 3. capit. 15. numer. 143. Menoch. dict. cas. 387. in fin. Jul. Clar. receptar. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 100. num. 1. Bolaños in Curia, d. p. 3. §. 17. n. 16.

Nec contrarium probat cap. quæstus, 13. quæst. Nam ibi agitur, de capacitate defuncti, ut in sacro loco sepeliatur, siquidem verum est, ei, cui ministratur Sacramentum Pœnitentiæ, cum in extremis agit, non esse Ecclesiasticam sepulturam denegandam, nisi aliud obster; in præfenti autem, propter utilitatem publicam, quæ deterrendis malefactoribus versatur; inhumata corpora oportet permanere. Qua de causa etiam Judex potest tradere cadaver delinquentis in anatomiam Medicis, vel Chirurgis, Anton. Gom. var. lib. 3. cap. ultim. in fin. Sanch. consil. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 7. Bobadill. dict. n. 143. in fine, Bertachin. in suo repertor. verb. Cadaver, n. 5. Deci. in l. imperium, n. 17. ff. de jurisdic. omnium judic. Bolaños ubi proximè, Menochius cas. 285. n. 10. 11. ubi ait: Papiæ sic statuto caveri; & num. 12. admonet, non esse in anatomiam tradendum corpus aliàs honesti hominis, ne ejus familiæ irrogetur injuria.

Ibi: Sacramentum verò Pœnitentiæ.

79 Judex debet mittere damnato ad mortem Confessionis, & tempus sufficiens ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramentum concedere, Anton. Gom. *supr.* numer. 6. Bolanos *dist.* §. 17. numer. 14. Ant. Barbof. in *collectan. in fin. ad l. Archierontes, C. de Episcop. audient. Jul. Clarus, dist. §. fin. quest.* 87. num. 4.

Ibi: Idem esse censet de Sacramento Eucharistia.

80 Eucharistiæ Sacramentum damnatis ad mortem esse præstandum, decretum est Motu proprio Pii V. edito anno 1569. & in Hispania observari præcipitur l. 9. titul. 1. lib. 1. *Recop.* Et ita docent ultra præx me allegatos, Gamm. in *tract. de Sacrament. præstand. ultim. sup. damnatis, Sa in summ. verb. Eucharistia, n. 2. Cavalcan. de brach. Reg. part. 3. n. 326. Bonac. oper. moral. tom. 1. tract. de Sacrament. dist. 4. quest. 7. punct. 1. num. 5. Cevall. tom. de cognit. per viam. Violent. quest. 98. num. 2. Diana *resolut. moral. part. 5. tract. 3. resolut. 38. §. Nec valer. verj. Notandum Francisc. Marc. decij. 10. in 2. part. Joan. Sanch. selectar. disp. 4. n. 3. 4. Sicque de consuetudine servari, nec contrarium validam esse probant Bonacin. *suprà, numer. 6. vers. Respondeo, Cevallos n. 7. ubi ait: nunquam se audivisse in Hispania contrarium esse usu receptum, Par. Suar. tomo 3. in 3. part. disp. 69. sect. 3. in fin. Henriquez. lib. 8. cap. 5. numero quarto. lit. 7. Angles *question. 2. articul. 9. difficultas 3. Chamerota de Eucharistia, cap. 10. num. 1. Imo Judicem teneri differre executionem sententiæ per tres, aut quatuor dies, si opus fuerit ne damnatus Sacramentis non susceptis moriatur, etiam si timeatur reum interim fore eripiendum, sentiunt Bonacina dist. num. 6. Diana *supr. Fagundez in præcept. Eccles. lib. 1. præcept. 3. capit. 4. numer. 3. 4. & alii apud ipsos: Quod tamen adversatur dist. l. 9. Recopil. ubi contrarium statuitur. Sed si ex dilatione supplicii imminet periculum damni communis, omnes concedunt celeriter sententiam executioni esse mandendam, brevi dato termino ad Sacramentorum perceptionem.*****

81 Possunt etiam Judices Ecclesiastici sæculares censuris compellere: ne quemquam ultimo afficiant supplicio, non ministratis ipsi Sacramentis, Cevallos, *dist. quest. 98. Bolaños dist. §. 7. n. 14. Nisi ipse reus ea suscipere renuat, tunc enim sententia exequenda est, licet impœnitens moriatur, Bonacin. n. 7. Sot. de just. & jur. lib. 5. quest. 1. artic. 2. Reginald. lib. 29. n. 71. vers. Prima est.*

Ibi: Sicut nec eis jure datur.

82 Sacramentum Extremæ Unctionis non suscipiunt in patibulo morituri, quia infirmorum gratia fuit specialiter institutum, ex Diu Jacob. ca. 5. vers. 14. Concil. Florentin. de hoc Sacramento agens, inquit: Hoc Sacramentum nisi infirmis dari non debet, undè oleum, quo ministratur, infirmorum dicitur, constat ex Pontificali Romano, & cap. unic. §. Ad exhibendum de Sacra Unctione. Ita Bonacin. *suprà disputat. 7. punct. 5. n. 4. Par. Suar. tom. 4. in 3. part. disputat. 4. sect. 2. num. 6. Vivald. in Candelab. jur. vit. de Extrema Unctione. num. 21. Simancas de Catholic. institutionib. cap. 57. num. 16. Cavalcan. *suprà part. 4. num. 307. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verb. Extrema Unctio, versicul. 3. Coninch. de Sacrament. tom. 2. disputat. 19. à n. 22. Reginald. in prax. fori pœnitent. lib. 28. num. 68.**

Ibi: Hodie autem eorum, in quos animadvertitur.

Corpora punitorum absque permisso iudicis, qui exequi sententiam mandavit, humare non licet, sed facile ad id regulariter sunt concedenda: l. fin. titul. 31. p. 7. Bobadilla *dist. num. 143. Farinac. in prax. crim. tit. de delict. & pœ. quest. 20. n. 134. Azeved. in l. 6. n. 12. tit. 18. lib. 4. Recopil. Cened in collectan. ad Decretal. collectan. 4. num. 3. Anton. Gom. dist. cap. fin. n. 8. Baiard ad Jul. Clar. in d. §. fin. quest. fin.*

Ibi: Hinc expendi poterit.

Ad textum in l. 2. ff. de cadaverib. punitor. vendi sunt Ant. Gom. *dist. num. 8. vers. Item addo, Gregor. Lop. in l. 2. glos. 8. tit. 28. part. 2. Medicus in tract. Mors omnia solvit. part. 3. num. 59. 60. Farinac. dist. quest. 20. n. 130. Lara de Anniver. sariis, lib. 1. ca. 25. n. 37. Bart. in ead. leg. 2.*

Ibi: Eadem ferè ratione manifestus usurarius.

Usurario manifesto Ecclesiastica sepultura denegatur donec hæredes ejus male quæsitâ restituant, aut cautionem de satisfaciendo præstent: August. Barbof. in cap. quanquam, num. 1. 2. de usur. in 6. Zerol. *suprà, part. 1. verb. finis, vers. Tertio, cadaver, Salgad. de project. Reg. part. 2. cap. 8. n. 75. Sayr. in clar. Reg. lib. 10. tract. 5. cap. 5. num. ultim. Quis autem sit manifestus usurarius, explicant D. Covar. *infra, lib. 3. cap. 3. num. 4. Menoch. *supr. cas. 235. Cevall. tom. 1. quest. 11. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 5. c. 18. vers. Quæres quid.***

Ibi: Item si Monachus adversus paupertatis professionem.

Monachus proprietarius, nisi pœniteat, Ecclesiastica sepultura privatur: & si sepeliatur in loco Sacro, exhumandus est, si absque scandalo possit; de quo Sanch. in *præcept. Decalog. lib. 7. cap. 20. num. 11. Pellizzar. in manual Regular. tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 244. cum seqq. Diana part. 4. tract. 4. resolut. 23. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 7. n. 22. Cardinalis in cap. cum ad monasterium, §. Prohibemus n. 1. de stat. Monachor. Et pars aliqua, Superioris arbitrio, ex pecunia, quæ penes Religiosum fuerit inventa, cum eodem debet sepeliri, Gregor. l. 14. glos. 3. tit. 7. part. 1. Joan. Andr. in *dist. cap. cum ad monasterium, num. 4. Hostiens. num. 7. Ancharranus num. 10. notabil. §. Abbas n. 15. Aut tamen Rodrig. tom. 3. quest. 56. num. 1. Religiosum apud quem pecuniæ crumena invenitur adversus professionem paupertatis, non statim Ecclesiastica sepultura privandum, nisi vivens fuisset præmonitus. Sequitur Portel. de dub. Regular. verb. sepultura, n. 11. Qui addit non esse denegandam Ecclesiasticam sepulturam hoc casu, si factum si occultum, quia non est infamia publicè notandus: mortuus, qui vivus non posset publicè ob id puniri, Pellizzar. *suprà, num. 245. Diana dist. resolut. 23. part. 9. tract. 8. resolut. 1. §. Notandum.***

Ibi: Inde etiam fit, quòd licet reo delato.

In delinquentium cadavera solet ob criminum atrocitatem animadverti; etsi regulariter non perimitur.

87 mittatur, Menoch. *cas. 285. Carrer. in praxi crim. §. Homicidium, n. 123. Bobadill. dist. num. 143. vers. Y por razon del exemplo, Ant. Gom. dist. lib. 3. cap. 1. n. 79. Villadiego. in politic. dist. cap. 2. n. 179. Tufsch. lit. M. conclus. 396. Farinac. *suprà, quest. 10. à num. 37. Jul. Clar. dist. §. fin. q. 31. vers. Sunt. tamen.**

Ibi: Illud profecto non est prætermittendum.

88 Se ipsum occidens debet Ecclesiastica carere sepultura, Guttier. *Canonic. question. lib. 2. capit. 3. numer. 2. Azor. *supr. part. 1. lib. 9. capit. 31. question. 5. Menoch. cas. 284. numer. 35. Navar. conf. 7. de sepultur. Farinac. p. 5. quest. 128. n. 16. Sayr. in clar. Reg. lib. 7. cap. 9. numer. 1. Lara de Anniver. sariis, lib. 1. capit. 11. num. 28. Lavor. *variari. lucubrat. tom. 1. titul. 2. c. 11. n. 28. Dian. part. 6. tract. 6. resolut. 47. Placa in epitom. delict. c. 23. n. 14. Sed etsi quis laqueo suspensus, aut in puteum demersus reperitur, non ideo extra Ecclesiam humandus est nisi ex conjecturis, aut alias constet, defunctum, cum compos rationis esset, se peremissis; Marian. Socin. *conf. 51. n. 2. Villalobos in summ. tom. 2. tract. 31. difficult. 3. numer. 4. Augustin. Barbof. de univers. jur. Ecclesiastic. lib. 2. capit. 10. numer. 49. Marc. Anton. Genuens. in practica. Archiepiscop. Neapolit. capit. 61. numer. 20. Dian. ubi proxime, Lavor. *suprà, num. 31. cum aliis, Menoch. num. 36.*****

Ibi: Legibus sanè Romanorum.

89 De pœnisorum, qui sibi ipsis violentas manus inferunt jam jure communi, quam Regio, Anton. Gom. *dist. lib. 3. capit. 3. numer. 13. 14. Menoch. dist. cas. 284. Guttier. ubi proxime, à numer. 18. Placa dist. cap. 23. Didac. Perez in l. 19. titul. 19. libro octavo Ordinar. Farinac. dist. question. 128. Molin. de justit. & jur. tract. 4. disp. 20. Azeved. in l. 8. titul. 23. lib. 8. Recop. Amaya in l. ult. C. de jur. Fisci. lib. 10. Bald. in l. 2. C. qui testament. fac. poss. Gregor. Lop. in leg. 2. titul. 27. p. 7.*

Vers. Scribit, & ad ea.

90 De hoc exempla memorialia affert Menoch. *dist. cas. 285. inter quæ illud singulare est, nam cum apud Milesios virgines plurimæ laqueo suspensæ, causa incognita reperirentur, cumque huic damno obviam iri non posset, quod superstites defunctorum imitabantur insaniam, legs stabilitum est, ut, quæ sic mortem obirent, cum eodem laqueo, quo se suspendebant, nudæ efferrentur, ex quo inhonesti funeris pudore perterritæ ab immani barbariæ penitus abstinerunt, ut refert Plutarch. de clar. mulierib. capite decimo, & Gell. libro decimo quinto, not. Atticar. cap. 10. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 36. capit. 22. num. 5.*

AD CAPUT II.

Usufructuarius num ad debita Testatoris teneatur, a quo usumfructum ex ultima voluntate obtinuit.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de materia agentes recensentur.
2 Legatarius, cui usufructus rei certæ relinquitur, non tenetur creditoribus defuncti respondere.
Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

- 3 Onera hæreditaria sequuntur hæredem.
4 Quando Legatarius possit à testatoris creditoribus conveniri.
5 Usufructuarius rei certa testamento relicta potest pro oneribus realibus molestari.
6 Cui usufructus totius hæreditatis, vel quotæ relinquitur, non cogitur creditoribus hæreditariis respondere.
7 Usufructuarius qui solvit debitum defuncti, ad quod res, quæ fruitur, erat obligata, an possit solutum ab hærede exigere? varia referuntur sententia.
8 Quædam rejiciuntur.
9 Aliæ etiam impugnantur.
10 Traditur resolutio.
11 Cui partis bonorum usufructus legatur, pro defuncti debitis vexari non potest, & quid eo casu facturus est hæres.
12 De intellectu l. 21. Taur.
13 Tertium, & Quintum deducitur ex cumulo bonorum, prius ere alieno detracto.
14 Melioratus in Tertio, vel Quinto, potest à creditoribus defuncti conveniri.
15 Contra quis sentiant.
16 Opiniones conciliantur.
17 Is cuius certa prælegatur, ab æris alieni hæreditarii solutione est immunis, & quid in meliorato, de jure Hispano.
18 Melioratus in Tertio, aut Quinto, an, & quomodo ad solvendum æs alienum defuncti teneatur.
19 Legatum certæ partis bonorum mobilium, & immobilium, vel usufructus eorum, particulare est.
20 Jura, & actiones quando, & quomodo bonis mobilibus, vel immobilibus adscribantur.
21 Cum testator vult appellatione bonorum mobilium, & immobilium, jura, & actiones comprehendere, legatum erit universale.
22 Is, cui pars, vel usufructus bonorum mobilium, & immobilium relinquitur, non tenetur ad onera hæreditaria, nisi plus sit legatum quam per leges licet.
23 Adversus legatarium omnium bonorum creditores hæreditarii agere possunt.
24 Legatarius usufructus omnium bonorum non est pro ære alio defuncti conveniendus.
25 Qui contra sentiunt.
26 Institutus in usufructu bonorum dato cohærede universali, nequit ab hæreditariis creditoribus molestari.
27 An usufructuarius omnium bonorum, possit contra debitores hæreditarios absque cessione agere? & cui ut radenda sit pecunia census, qui redimitur.
28 Is, cui usufructus legatur, tenetur ad onera rebus ipsis, quibus fruitur imposita.
29 Bonorum omnium usufructuarius testamento relicta, actione reali potest conveniri.
30 Legatum usufructus hæreditatis totius, est particulare; quære ad onera hæreditaria non astringitur legatarius.
31 Donatarius omnium bonorum quando possit à creditoribus donatoris conveniri.
32 Legatum usufructus bonorum omnium valet, hærede post mortem usufructuarii instituto, & quis hujus dispositionis sit effectus? & quid in uxore usufructuaria relicta filijs testatoris post mortem ejus institutis? n. 35.
33 Quid si instituat quis in usufructu bonorum omnium, & alter absolute post ejus mortem instituat?